



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

Distinctio diuersorum hominum in silendo. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](#)

8 De cautela contra rigorem nimium, & abstractionem singularem.

Vnde caudendum est, ne rigidè & indiscretè quis raceat, p*ro*p*ri*è p*ro*is, qui cum aliis in congregatiōne viuit. Nam qui in singulari silentio rigesceret, diu stare concorditer cum aliis non posset. Aut ipse per se deficit, aut diabolicis instinctibus ad alijs qua deteriora in fine labitur. Exempla plura vidi & quædam nō longè audiui, & tu fortè quosdam nosti. Qui appetit bene & perseveranter proficere, non solum attendat, quām fortiter incipiat, sed etiam quo sine consummet. Sæpè strictiora principia quorumdam, finem fecerunt laxiorem ceteris, & quidam abiecti retrorsum. Omnino enim videbatur eis importabile iugū Domini. Fervor in principio necessarius est, sed tamē non sine moderatione. Non est sine periculo & laqueo, singularis obseruantia in communī domo. Ille magis laudabilis fervor, qui communia propriis preponens, in his nunquam negligens satagit inueniri, quæ cum aliis suscepere ad portandum.

9. Distinctio diuersorum hominum in silentio.

**Q**uidam magnū astimant, silentiū continuum seruare, sicut & est: sed silere & loqui, prout oportet, maius est. Qui abstractè & solitariè viuit, potest quantū strictius voluerit, silentiū custodire. Qui verò cum multis viuit, non solum fatis sibi sed etiam aliis socialis esse debet. Adhuc qui in externis est, & cum diuersis hominibus sæpe conuersatur, implere tantam custodiā difficulter potest, quin verbo aliquando offendat; & vimnam scipsum non penitus perdat. Ideoque illi bene, cui donatum est à Domino esse & posse in quiete & in cella morari; quia exteriora & secularia, vix sine culpa & spirituali detimento possunt tractari. Nam qui in multitudine est, sæpe tacere ab aliis nō permittitur. Et cùm ex necessitate loqui tantum appetit, vñ locutionis ad negligentiam sui primò labitur; postmodum lingua proclivius ad quæcunq; libet resoluitur. Vnde cōsequenter accedit, vt quod audire pacificè vix potuit propter cordis custodiā, & multa negligētia hoc ipsum non pudeat eū publicare.

10. De quibusdam specialibus impedimentis, in locutione longa.

**S**ciendū ergo, quod in locutionibus solent homini spirituali sæpe multa contingere detrimēta. Propterea utile est habere aliquam admonitionem & instructionē, ad quædam specialius cauenda. Vnde frequenter habere longa colloquia, irreligiosum est

Silentium  
non omni-  
bus & que  
indicitur.

